



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et  
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -  
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ  
collectus: & usui accommodatus

**Druzbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066332**

Pars IV. Erga Deum amandum & reverendum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45396**

de factis & operibus  
extra & te  
le huius  
no, f  
o eor  
s; Ex  
n def  
n resol  
quia in  
um dir  
e singu  
a fit etia  
c possit  
Dei, qu  
& conle  
te, de  
à De  
us, qu  
tibus  
ralitate  
am suar  
inam, in  
ignora  
vel per  
fructib  
ne priv

P R A X I S.

Domine Deus noster : qui Præfens habitare in nobis, pro tuâ ineffabili Bonitate, non tantum diligis, sed etiam delectaris : fructusque hujus Præfentie tuæ in nobis liberalissime multiplicas : da nobis copiosum gratiæ tuæ auxilium, ut per ejus opitulationem, & tuâ Præfentiâ digni, & fructibus ejusdem Præfentie tuæ pleni esse mereamur.



EXERCITIORUM

P A R S VI.

Erga DEUM amandum & reverendum,

EXERCITIUM I.

De Necessitate, Æquitate, Utilitate, Amoris, ac Reverentiæ erga Deum.

Statue te coram Deo, summo, immenso, infinito per hæc omnia, quæcunque bene cogitari possunt de ipso : te verò vilissimum vermiculum, ejus tamen opus manuum, illi per omnia obligatissimum ; quàm condignissimè affici :

G: D...  
Sicut  
oper: ...  
Tom II  
N. V  
57

affici: quod ut prævaleas; desidera, con  
postula, perfice.

2. Inter has Affectiones, quibus præcipue  
Hominem (& omnem Creaturam, Rationali  
inprimis) erga Deum condignè affici oportet  
omnino sunt duæ: nimirum Amor & Reveren  
tia. Sive Amor reverens, & Reverentia amant  
Deum.

3. Hujus sive duplicis, sive unius ex duabus  
conflatae Affectionis erga Deum, in omni Homi  
ne (& Creatura) est summa Necessitas, summa  
æquitas, seu obligationis congruitas, summa  
litas.

4. Necessitas amandi & reverendi Deum  
tanta nobis incumbit hominibus, quantum  
incumbit necessariumque est cuilibet nostro  
Hominem esse. Imò verò, magis, & locum  
quidem magis, incumbit nobis illud, quam illud  
Ut enim Homo sit, vel existat, nihil cogit,  
que cogere potest: sed est totum hoc, solius  
beræ Voluntatis Dei Creatoris, quem ad Cre  
tionem alicujus Creaturæ, nulla simpliciter  
git Necessitas, nisi sola ejus Voluntas: at ve  
ut Homo Deum amet, ac reveratur; hoc ex  
atque cogit, ipsa Hominis Essentia, & Existenti  
ita ut præstet non esse Hominem, quam non amari  
ri, & non revereri, ab illo Deum: quod Dominus  
JESUS asseruit de Juda proditore: quia  
*Mat. 26. 24.* *lius erat ei si natus non fuisset.*

5. Æquitas & congruitas, atque obligatio  
amandi à nobis, atque reverendi Deum, tanta  
ut nullum sit majus & strictius obligans debet  
quo quidem possit Homo vel Creatura obligari  
Deo; quam hoc; ut in Amore, & Honore at  
Re

Reverentiâ sit apud illam Deus. ab omnibus aliis debitis eximi forsan potest: sed ab onere, debitoque amandi & reverendi, ne quidem per absolutam, omnemque Dei ipsius potentiam, absolvi potest: nisi per solam hominis annihilationem: alias, ut existentem in rebus hominem, Deus, à sui amandi, & reverendi honorandique debito absolvat, debet priùs negare seipsum, tam sibi, quam Homini, debet negare se esse id quod est: nempe Deum; & summum, & perfectum Bonum: & debet Homini negare, eum à se esse, à se jugiter dependere, sibi que omnis sui Esse debitorem esse; quæ omnia impossibilia, ac Deo repugnantia sunt.

6. Utilitas, simulque Honestas, ac Jucunditas amandi, & reverendi, honorandique DEUM, hæc ipsa una, prima, sola, summa est: quia nihil utilius, nihil dignius, honestius, delectabiliusque agere potest Homo; (& quævis Creatura) quam circa Deum suum occupari, cum eo agere, cum eo esse, illi esse, illi affici. Hoc verò totum fit non aliter, nisi amando, honorando, reverendo Deum, amanterque, ac reverenter tractando cum illo. Omnia alia quæ cum Deo, vel circa Deum, vel propter Deum facimus, si non facimus amanter, & reverenter; non tantùm utilia, honesta, & honesta, non sunt, sed potius inepta, Insuperba, inhonesta, inutilia sunt; potius indigna homine, magisque injuriam Deo; eidem injuriosa, contumeliosa, & ipsam dehonora, atque contemptifica sunt.

7. Atque hæc quæ dicta, licet paucis, sunt; manifestè declarant, hominem, prout nihil conaturalius, æquius, honestius, utiliusque agere, quam cum Deum amat, honorat, reveretur: ita contra,

G: D...  
B...  
oper: ...  
Tom II  
N: V  
5...

contra, nihil magis contra Naturam, & suam  
Dei facere, nunquam iniquiorem, probro  
rem, damnosior sibi, ac etiam Deo esse, quod  
dum Deo amorem, reverentiam, honorem  
derogat, & quiddam aliud magis quam Deum  
ligit, atque veneratur.

8. Inde est, & hoc sibi vult magnum  
summumque in Lege Dei mandatum, in  
Naturæ & Essentiæ Creaturæ ( rationalis  
puè) visceribus medullisque sculptum, &  
*Deut. 6. 8.* lebiliter exaratum. *Diliges Dominum DEUM  
um ex toto Corde tuo, & ex totâ Animâ tuâ, &  
totâ fortitudine tuâ, & ex totâ mente tuâ, &  
tâ virtute tuâ, & ex omnibus viribus tuis: et  
que verba hæc in Corde tuo: & narrabis ea filiis tuis  
& meditaberis in eis sedens in domo tua & ambulans  
in itinere, & dormiens, atque consurgens: &  
bis ea quasi signum in manu tuâ, eruntque &  
buntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine  
ostii domus tuæ. Quâ adeò diligenti præcepti  
jus intimatione, declarare utique Deus voluit  
necessitatem, & æquitatem, & utilitatem, ho  
statemque istius affectionis, quam Deo Cre  
ræ omnes imprimisque homo debet.*

9. Nec aliud sibi vult illa Pauli, Paulo discipulo  
*1. Cor. 13. 2.* *firma Vox. Si linguis hominum loquar, & An  
rum, etsi habuero prophetiam, & noverim mysteria  
omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnia  
fidem, ita ut montes transferam; & si distribuero  
Cibos pauperum omnem substantiam meam; & si  
didero Corpus meum ita ut ardeam; Charitatem  
rem non habuero, nihil sum: nihil mihi prodest  
dicta; pariter Reverentiæ Dei competunt.*

10. Nihil enim potest esse in divinis

pretiosum, & ad præmium conducens homini apud Deum, nisi quod sit cum amore & reverentia Dei perfectum: & versâ vice: quidquid amore ac reverentia Dei condideris, id acceptissimum Deo id, mercede dignissimum coram ipso.

11. Quare ex omnibus, quæ homini debent esse certissima & notissima in intellectu, & commendatissima in affectu, & frequentatissima in effectu: hæc sunt duo; Amare, & Revereri, seu Honorare Deum, ex omnibus totisque viribus substantiæ suæ, omnibus quoq; momenti (quantum hæc vita patitur) vitæ, & existentia, & operationis suæ: ut credat pro certo, se eo momento non vixisse, quo Deum non amavit, vel non honoravit. Credat etiam pro certo, omnem tam actionem, quam passionem seu mutationem suam se planè perdidisse, & minimùm, otiositatis reum esse, quam divino Amore, amorive, reverentiâ item, & reverentiæ, honorique non sacravit.

P R A X I S.

Domine DEUS meus: tu cognovisti, atque de Nihilò per tuam omnipotentem Bonitatem eduxisti, efformastique omnem Substantiam meam. Tu creasti, & dedisti mihi totum me, ut essem tibi in servum amantem, & reverentem, honorantemque te. Impressisti tanquam indelebile signaculum, debitum istud Amoris, ac Venerationis tui, universæ substantiæ meæ. Inde est quòd non vivo, si non amo te: inde est quòd mors mihi est non revereri te: imò hoc mihi est omni morte pejus, non amare, non revereri te. Ergo Domine Deus meus: diligo, & diligam te, revereor, & revebor te, ex toto corde meo, ex omnibus viribus meis: ex omni substantiâ meâ; & nunc, & in æternum, & in sæculum sæculi.

EXER-

G: D...  
L...  
oper: ...  
Tom II  
N: V  
57

## EXERCITIUM 11.

*De Fontibus Amoris, & Reverentia DEI*

1. **S**Tatue te coram DEO, super omnia summum: super omnia Entia Essentialissima: super omnia perfectissima perfectissimo: te super omnia contemptibilia contemptibilissima.
2. Metire DEUM in excelsum sursum, te in profundum deorsum: ibi enim sunt inveniendi, atque planè abyssales fontes amandi, reverendi, & adorandi Deum super omnia: humiliandi & conficiendi te ipsum infra omnia, factâ comparatione horum inter se per omnia.
3. Metiri seipsum Homo (& omnis Creatura) & potest, & debet modis duobus. Primò secundum quod est ex ipso se: secundò, secundum quod est etiam ex Deo: Si homo se metitur secundum quod ex semetipso est: videt se ex se nihil merum esse, nihil posse, nihil habere, nihil agere, nihil mereri boni, quod vel tantillum proprium sit: sed purum suum, essentialique patrimonium esse, Nihilum, & ex Nihilo manantem omnium generis defectum: & specialiter, omnem peccatum: inde verò omnis supplicii reatum ac debitum. Quare si recte homo de se, Deus & quisquis alius de ipso judicet; judicare debet esse abyssalem quandam abyssum miseræ, abiectionis, ac perditionis, & ruinæ in omne malum.
4. Si homo metitur seipsum secundum quod ex Deo Creatore, conservatore, benefactore.

Est quidem Homo sic spectatus aliquid, & habet bona aliqua, & quidem quoad hominem magnam gratiam, & eximia; omnia tamen humanis miseris

x Nihilo ejus emanantibus intime permista,  
ragilia, limitata, inquinata, amissibilia, aliena,  
z DEL dominem non tam ornantia, quam onerantia,  
debitoremque inexsolubilem Deo constituen-  
tia summa: denique adeo exilia, & minuta; ut Deo,  
tialissimaeque summitati collata, sint planè nulla, & in-  
te ve star nihili: juxta illud prophetæ; *Universa Sub-*  
bilissim stantia mea tanquam nihilum ante te.

Ps. 38. 6.

m, te 5. Hæc duo: Si in se permetiatur Homo, &  
sunt in si horum duorum ratione se Deo comparet ho-  
andi, re mo; infinitum, immensum, abyssale quoddam  
ndi & Chaos, inter se & Deum advertet homo: & De-  
mparati umquidem æstimandi, amandi, exaltandi, hono-  
randi, reverendi nullum finem, nullum mo-  
Creatur dum inveniet: se verò ipsum contemnendi, con-  
mò secu culcandi, exinaniendi, odiendi, nihilificandi, &  
secund Deo subdendi de se diffidendi, se accusandi,  
netitur & exercendi, nullum terminum, nullum limi-  
se ex le tem, reperiet.

bere, n 6. Hic est ille Spiritus atque Sensus apud Isa-  
tillum iam, & apud Joannem, Seraphinorum, & Ani-  
e patri malium Sanctorum, ante thronum Dei stanti-  
nantem um, atque volantium, ora sua atque etiam pedes  
omne p suos velantium, & sine requi nocturnâ diurnâ-  
tum an que clamantium: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Domi-*  
Deus nus Omnipotens. Hic est etiam Spiritus Pretio-  
re debu sissimæ Dei Matris Mariæ, nihil aliud nisi Magni-  
erix, ab ficientiam Magnificationemque Dei, suum verò  
ne mal Ancillatum, & Humilitatem, seu Vilitatem, oc-  
dum qu cinere scientis: quasi aliud nihil spirare sciret,  
factore ac posset, nisi summam Dei æstimationem ac re-  
, & hab verentiam, suam verò extremam Vilificationem,  
em mag & Nihilificationem. Hic etiam est spiritus omni-  
is miser am Dei Sanctorum, qui coram Deo suo aliter  
V.P. Druzb. Op. V. H ambu-

If. 6. 3.  
Apoc. 4. 8.  
Luc. 1. 38. 48.

G: Druzb.  
Bibli  
oper: amb  
Tom II  
N: V  
57



ambulare nunquam sciverunt, nisi hisce pedibus scilicet  
 duobus: consideratione & confessione scilicet boni  
 vilitatis suæ propriæ, Divinæ autem summitatis, & eff  
 excellentiæ: & utriusque inter se collatione: in com  
 institutâ, impossibile est non erumpere in Anxietatem Deu  
 rem cum Reverentiâ Dei & abjectionem delictorum  
 ctionemque sui.

7. Sic ergo si metiatur se Homo, & concitandi n  
 ret Deo; reperiet fontem, contemptiois, & scilicet quid  
 miliationis sui coram Deo; & simul Approbationis. 10. E  
 tionis, amorisque, & Reverentiæ Dei delectationis  
 Deo. Ab hoc plenius elucescet ex mensura mandus  
 facta (ut initio dictum) in excelsum sursum quod sese  
 jus sit hîc initium aliquod, cætera in aliis Exermet ac ex  
 tiis erunt prosequenda.

8. Deus ergo, etiamsi revera sicut est utem est em  
 simplicissima & infinita atque immensa sibiipsum: ni  
 ab ipso se Essentia; sic etiam una, & simpliciter, velexi  
 ma, & immensa, infinitaque bonitas; & quia, quia  
 alia pariter perfectio; tamen duobus modis  
 nobis cogitari potest Bonus. Primò quod 11. Ag  
 sibiipsum: alio verò nobis Creaturis. Prætermodum  
 modo Deus est ita sibi bonus, ut non possit esse sit, re  
 esse bonus, sed natura, & Essentia sua est bonum nece  
 & infinitè, interminateque bonus, nec potest ipse  
 aut minùs, aut magis esse bonus, sed est omnino  
 possibiliter bonus. Posteriore modo Deus est boni rev  
 nus Voluntariè, ac liberè: siquidem expurari ne  
 luntatis suæ beneplacencia, & creat nos, & con 12. A  
 vat, & omnia confert nobis: ita ut omni modo Deus def  
 to, & omni instanti possit eadem omnia aut non posse  
 nobis.

9. Priore modo impossibile est, ut Deus unerato  
 nus non sit sibi ita prout defacto est, & eum nost  
 æterno, eritque in æternum, omni necessitate

cepti sententiæ suæ. Posteriore modo, possibile est De-  
one scilicet bonum non esse nobis: quia & potuit, &  
mittat, & esse potest semper, nullam bonitatem fun-  
atione: in communicans nobis. Et non potest quiri-  
re in An-rem Deus carere potestate benefaciendi nobis,  
nem de- quandocunque ejus Voluntati placuerit: potest  
imen carere tam affectu, quam effectu bene-  
& com- faciendi nobis: sicut caret erga Creaturas possi-  
onis, & les quidem, at nunquam à se creandas.

Appre 10. Ex dictis cognosce: quod propter  
Dei de- tramque suam bonitatem Deus amabilis, &  
ensura- mandus; honorabilis, honorandusque sit: &  
sursum- quòd sese Deus propter utramque Bonitatem  
aliis Ex- met ac exaltet: quia prior dat illi ipsum se: &  
omnia quæ ille est, atque habet: posterior au-  
t est ut- em est emanatio prioris, non quidem in Deum  
nra sibi- ipsum: nihil enim accedit Deo ex nostri Creatio-  
simplic- simpliæ, velexistentiâ, nisi quædam accidentalis glo-  
; & quia, quia videt, cuncta quæ fecit esse valde  
us motio- us motio.

imò qu- 11. Agnosce quoque ex dictis: quod propter  
is. Præ- andem utramque Bonitatem, amabilis & aman-  
n possit- us sit, reverendusque, ac honorandus à nobis,  
a est bon- a est bonam necessariâ (imò & magis) obligatione,  
nec pot- nec potuam ipsi sumus necessarii nobis. Nos enim  
ed est no- ed est nostro esse privari possumus, at obligatione a-  
Deus est- Deus est mandandi reverendique Deum, stante nostro Esse,  
ex pura- ex pura privari non possumus.

s, & co- 12. Agnosce insuper ex dictis, quòd etiamsi  
ni mon- ni mon Deus defacto non esset (& per impossibile esse  
nia aut- nia aut non posset) Creator, Conservator, Governator,  
Dominus, Rex, Benefactor, Pater, Judex, Re-  
ut Deus- ut Deus unerator, Salvator, & nullum omnino, bo-  
t, & e- t, & eum nostrum: tamen Deus, propter unam, so-

G: D. 115  
B. 115  
oper: 115  
Tom II  
N. V  
5

lamque Bonitatem quâ sibi de semetipso be- Magnitu-  
 est, & amatur, & amaretur: & revera, ab as, sum-  
 no, à semetipso amatus est superessentiali- ma Im-  
 ctione: & à nobis quoque, si existeremus na Infi-  
 quoniam existimus, amandus, honorandus, ia, sum-  
 esset: atque est omnino, super omnia, super- summa E-  
 effusissimaq; dilectione Charitatis. Propter omnia, i-  
 enim immensam excellentiam, & infinitam mitas, su-  
 finite perfectionem atque summitatem, dig- litas; ha-  
 & supersuperque dignus est, omni Am- tit Essenti-  
 omni honore, omni reverentia, omni Cult- evidenter  
 veneratione, omni laude & exaltatione, ries infi-  
 obedientiâ & subjectione. Quò enim ipso, quâ  
 est excellentius in se, & in bono; eo que- mationer-  
 dignius est, ut ab omnibus & agnoscatu- rationem  
 & juxta hoc deferatur ei totum hoc; quò 14. Sec-  
 excellentiæ dignitatiq; competere ratione- metipso  
 magistrâ judicatur. Hoc autem nulla ratio- debere ill-  
 nullâque affectione sit convenientius, num gau-  
 Charitate, & Reverentiâ, atque appretia- rationem  
 Istitis enim affectionibus præstamus, id est, ex semeti-  
 lumus, optamus, gaudemus esse alicui- tionum  
 optime, hoc est, esse illi eo modo, quo dis- nis sum-  
 est, ut ei sit. Nulla enim potest justior rep- 15. Se-  
 ratio, ob quam alicui benè esse velimus, s est, &  
 hæc; quia dignus est, ut ei bene sit, beneque ere sibi,  
 ei velimus. num, &  
 pender-

13. Cùm ergo Deus, sit & ipsum Esse  
 sit proinde summa Essentia: summa Exalte-  
 summa Vita, summa Ratio, summa Salus, d-  
 ma Justitia, summa Sapientia, summa Pot- Dei glo-  
 summa Sanctitas, summa Veritas, summa B- us Perfe-  
 tas, summa Misericordia, summa Char- nitudin-  
 summa Pulchritudo, summa Dulcedo, sum- onoran-  
 Ma-

Magnitudo, summa Simplicitas, summa Identitas, summa Incorruptibilitas, summa Immensitas, summa Immortalitas, summa Immutabilitas, summa Infinitudo, summa Virtus, summa Opulentia, summa Communicabilitas, summa Unitas, summa Beatitudo, summa Æternitas, summa omnia, summum Unum, summa Omnis summitas, summa omnis Puritas, summa omnis actualitas; hæc omnia, & infinities infinita alia, cum Essentialiter, identicè, & actu summo Deus: evidentè sequitur, summam quoque, & infinities infinitè summam, deberi illi, tam à semetipso, quàm à quocunque alio, Charitatem, æstimationem, reverentiam, benevolentiam, exaltationem, honorem.

14. Sequitur quoque evidentè, Deum ex semetipso talem, debere sibi, & quemvis alium debere illi, summum & infinities infinitè summum gaudium, exultationemque & congratulationem, de tantis ejus, quæ est, quæque sibi ex semetipso est, bonis, perfectionibus, & perfectionum plenitudinibus, atque essentialiter summis summitatibus.

15. Sequitur denique, Deum, quoniam talis est, & id est, quod est, talisque qualis est; debere sibi, & à quocunque alio deberi illi, summum, & infinitum desiderium, atque studium, pendendi, atque promptissimè, & totalissime, imperque profundendi, omnes vires, omnes vires, omnem etiam Vitam, & omne Esse suum, ad Dei glorificationem, & exaltationem, ad omnis perfectionis summitatem, atque summam plenitudinem manifestandam, prædicandam, honorandam, colendam. Idque, etiam si Deus,

G: 217  
Sicut  
oper: aut  
Tom II  
N: V  
507

nihil esset ulli alteri, præterquam id sibi, esse  
ac uni, hoc quod est; nempe Deus.

16. Age igitur ô Homo: admetire altè,  
& profundè, tum quantus sit Deus, tum qua-  
tu ad Deum: tum quantus Deus ad seipsum  
quantus sit Deus amator sui ipsius: tum qua-  
tu Amator, & Honorator ejus; & cùm in ac-  
& honore, reverentiâque Dei æquaveris De-  
tunc satis scias à te amari, & honorari Deum:  
si judicas esse (sicut revera est) impossibile  
go quantumcunque potes eviscera, & exha-  
totum in amorem, & reverentiam Dei, & in-  
gas: quia semper *supervalebit adhuc*: & non  
Eccl. 43. 32. teris unquam, vix ad initium operis hujus pe-  
nire.

P R A X I S.

Domine: Hoc est lex filiorum *Adæ*, in se-  
te cordibus illorum: ut quanto quis ab-  
in se, cum sublimiore aliquo excellentioreque  
greditur, tantò illum honorificentius, reveren-  
que tractet, tantò pluris æstimet, atque appretietur.  
Nihil est rursùm, mihi, magis autem Tibi, Te  
us, perfectius, excellentius: ideo hæc est lex mihi  
æternâ lege fixa, ut tibi tantò majoris reverentiam  
submissionis debitor, & exhibitor sim, in omni  
vitæ, quàm operationis meæ momento; quia  
summus magis, perfectus magis, suprâ omnem  
bilem cogitatu excellentiam, excellens magis.  
attendo Domine nunc ad hoc, quòd sis omnia  
nostra nobis: & quòd absque tuâ inexhaustâ  
tuitâ bonitate nihil possit boni esse in nobis: sed  
solum, & unum præcipue attendo: quia tibi es  
lus, ex te solo, totum id quòd es: omne bonum,

perfectum, omne summum, quod summe, & super-  
summe es. Ideo Domine nihilominus omnis possibilis,  
& super possibilis, agnosco, & statuo me tibi debito-  
rem esse Amoris, honoris, reverentiæ, exaltationis,  
obsequii & subjectionis, & laudis, & glorificationis.  
Et quia hoc quantumcunque est, ad tuam immensam  
summitatem, nihil est; & ipso nihilo abjectius est;  
propterea Domine, Te ipsum tibi, à te ipso, Te, aman-  
dum, exaltandumque remitto, ac resigno. Atque  
hunc Amorem tuum, quo tu amaste, ipso te, ego  
amo, & gaudeo, & gratulor Tibi: offero quoque  
& effundo in te, non solum tanquam tuum, sed etiam  
tanquam meum, te, ut sit meus, mihi indulgente il-  
lum. Amas enim Tu, Domine, amare te, non tan-  
tum pro te, sed etiam pro quocunque Corde, amante,  
optante, gaudente, amare te, & amari à Te, ipso Te.

### EXERCITIUM III.

*De Reverentiâ Dei propter ejus Digni-  
tatem.*

1. **S**tatue te coram Deo infinitæ Dignitatis & immensæ Majestatis: ante cujus thronum millia millium assistunt, & decies centena millia ministrant Angelorum. Ministrant autem, cum summâ, & super, superque summâ, tum dilectione, tum exultatione, tum reverentiâ, tum submissione.
2. Quia enim faciem Dei semper vident, & gloriam Majestatis ejus assiduò limpidissimè contemplantur: & ejus excellentiam, supra omnia, etiam possibilia Creatâ, infinities excedere, vident; propterea ex sua quidem Creatâ conditione intra sese quasi tabescunt, & evanescunt in Nihi-

G: 3117  
Sicut  
oper: 411  
Tom II  
N: V  
517



lum sui: ex Divinâ verò super omnes dignitas  
 cogitabiles digniore Dignitate, ad immensam  
 quandam devolvuntur, absorbenturque altitudinem  
 tionem, pretium, admirationem, venerationem  
 atque profundissimo horrore sacram reverentiam.

3. Apprehende & tu, prout melius, magis  
 prout excelsius, scrutare prout profundius  
 vales; Dei dignitatem, & ex eâ dimensionem  
 dignam quantum potes elice, ac edisce, ejus  
 reverentiam: quam illi omnibus Vitæ momentis  
 omnibus actionum tuarum atomis, omnibus  
 natûs & capacitatis tuæ instantibus, exhibeas  
 quantum ex te, ac per te, totum, & semper,  
 reverentissime, atque condignissime, exactissime  
 dignissimus omni exaltatione, & reverentiâ

4. Affirmare de Deo; quòd sit dignus  
 dignissimus, non admodum multum est: im-  
 tate enim Deus, neque omnino dignus, neque  
 dignissimus, neque immensæ dignitatis est; sed  
 ipsa Essentialis, superessentialisque Dignitas  
 Essentia dignitatis, est meracissima, purissima  
 ipsissima, ipseque Deus dignitas: est alia, et  
 tior, est à nullo Creato intellectu investiganda  
 dignitas: est talis dignitas, cui omnis à quo  
 que Creato, & possibili intellectu efficta, &  
 gnata dignitas, non est ullo modo dignitas  
 indigna Deo vilitas, atque indignitas.

5. DEUS, sicut omnia quæ in se est, aut hinc  
 idem ipse est: ita & Dignitas ejus, ille ipse est  
 que est aliquid ab ipso: si tamen nostro modo  
 vna concipiendi, cogitemus loquamurque  
 Deo, & ejus dignitate, Dignitas Dei omnium  
 tributorum Perfectionumque illius cogitanda  
 dice

es digni dicenda erit Perfectissima, atque Excellentissima.  
immem Sicut enim ex luce & ex omnibus attributis ejus  
que alt splendor emicat, estque ex omnibus lucis bonis,  
neratione unus ipse lucidissimus. Ita ex universis Dei ex-  
m reve cellentiis, tanquam splendor colligitur, resultatque  
Dignitas Dei. Et cum Excellentiarum Dei nul-  
elius, mo lus sit finis, tam in numero, quam in perfectione  
undius illarum: nullus pariter erit finis, nullus modus,  
nisione, nulla mensura Dignitatis, Majestatisque Dei, ex illa  
ce, ejus omnium Excellentiarum summitate resultantis.

6. Imò verò illud etiam de divinâ Dignitate re-  
omnibu cte atque meritò affirmandum est: quòd dignitas  
exhibea Dei, sit veluti basis, & radix universorum Dei bo-  
emper, norum, tam quoad se, quam quoad excellentiam  
e, exa omnem illarum: illa etiam est, quæ à Deo removet,  
rentia repellitque omnem penitus imperfectionem.

7. Cur enim hoc vel illud agnoscimus & affir-  
dignus mamus de Deo perfectionis genus? Cur in ipso  
est: in quoque perfectionis genere, infinities infinitam  
gnus, quoque perfectionis genere, infinities infinitam  
is est; summitatem excellentiamque prædicamus? Non-  
dignitas ne hæc unica nobis est affirmandi ratio: quia hanc  
, puriss & talem perfectionem, in tantâ excellentiæ im-  
t alia, mensitate, inesse dignum, non inesse indignum Deo  
nvestig est? Et rursus: cur hanc illamvè imperfectio-  
s à quo nem à Deo submovemus: nonne ideò solùm,  
ficta, & quia illam inesse Deo indignum, abesse verò à Deo  
dignitas dignum est? Dignitas ergo est, & Basis, & Men-  
sura immensissima omnis Perfectionis, & Excel-  
lentia in Deo: quæ proinde non potest abesse, &  
ipse est non nisi summa inesse Deo.

8. Ergo Deus, etiamsi totus sibi est inæstima-  
biliter pretiosissimus: atque pretiosissimè inæsti-  
mabilis: neque atomus Dei vilior est toto Deo:  
cogitans neque totus Deus, grandioris est pretii atomo suo:  
dica

G: D...  
B...  
oper: ...  
Tom II  
N...  
5...



tamen si indagare & assignare volumus in Deo, solum  
quid quod ex Deo pretiosissimum est Deo: hibend  
erit, & esse debet, una & sola dignitas Dei.

9. Quod si apud Deum ea est dignitatis  
conditio, quantò magis esse debet apud nos; (C  
sumus omnes, vermiculi unius per terram repu  
tis ad instar;) immensæ abyssalis divinæ dignitatis  
reputatio, appretiatio, veneratio seu reverentia  
Si Deus quidquid facit, primariò & principalitè  
& absolutè & totaliter, ad suæ dignitatis, Ma  
statisque exaltationem, & glorificationem fa  
& facit eo modo, eaque accuratione, quam  
suâ Sapientiâ judicat exaltandæ dignitati suæ co  
petentissimam: quid nos vilitates vilissimas,  
divinæ dignitatis reverentiam, & honorem  
oportet facere? imò, quid oportet non face  
quantùm non, attentionis, & circumspetionis  
& conatûs, & eviscerationis effundere, ad  
ctandum dignè Deum: ad tractandum dignè  
vina: ad tractandum dignè cum Deo, dignè  
ram Deo?

10. Nihil attinet immorari in enarrando quod  
modo Deus dignitatem suam honoret in omnibus  
& in singularum, in maximarum, & in minimarum  
rerum procreatione, & procuratione: quod  
modo gloriæ suæ exaltandæ non minùs attendit  
in Creatione pulvisculi, quam in Creatione Cæli  
non minùs in creatione Culicis quàm in creatio  
ne Angeli: quomodo non minùs exactè laboravit  
Sapientia & Potentia Dei, in providendo  
omnibus necessariis ad Esse & operari uni for  
cæ, quàm in exhibendis omnibus homini neces  
sariis ad Esse vivere, agereque hominis. Et  
solum

solum propter magnam gloriam suam ubique exhibendam, & extollendam.

11. In hoc est super omnia attendendus Dei circa suam Dignitatem sensus, atque Zelus, sanè plusquam admirabilis. 1. Quòd Deus omnes bonas, & sibi placitas omnis Creaturæ operationes meriatur & æstimet, ex solius dignitatis suæ in eis æstimatione. Si moveas digitum in Dei gloriam, & dignè Deo; æstimat hoc, acceptat, præmio caelestis gloriæ reputat dignum, rependitque Deus: ædifices cælum, fundes terram, mortuum resuscites ad vitam, te ipsum morri exponas, si in hoc Dei dignitatis exaltationem non quæras; Nihil omnia sunt apud Deum talia.

12. Ecce in omnibus peccatis Creaturæ, nihil displicet Deo, nisi vel neglectus, vel contemptus, aut quævis injuria dignitatis divinæ. Ecce item in omnibus prænitentiæ fructibus ac operibus, in omnium Virtutum, etiam ipsius Charitatis, Contritionis, Religionis actibus, nihil acceptum est Deo, nisi æstimatio, exaltatio, reparatio, dilectio, veneratio, reverentiaque dignitatis divinæ. Summa causarum omnium ob quas Deus homo factus est: ob quas aut egit, aut sustinuit, quidquid in mortali virâ egit, aut sustinuit, non est alia, nisi reparatio condigna violatæ dignitatis, ac Majestatis divinæ. Summa item constitutæ Beatitudinis æternæ à Deo pro rationali Creatura, non est alia, nisi exaltatio quàm condignissima Dei, ejusque dignitatis à Creaturâ. Summa æternorum in inferno, tam damni, quàm sensûs suppliciorum, non est alia, nisi audax, & indigna, & irreparata oblæsiõ, violatioque dignitatis divinæ, per scelera, per inobedientiam, per irreverentiam

G: D...  
B...  
oper: ...  
Tom II  
N: V  
5...

rentiam impiæ, ingrataque Creatæ Voluntati  
Summa denique causarum omnis indulgentiæ  
remissionisque omnium peccatorum, & peccatorum  
debitorum suppliciorum, à Deo institutæ, est una  
sola, sincera, legitima (esto fuerit, vel solum  
mentanea) æstimatio ac reparatio, reverentia, et  
altatioque dignitatis divinæ.

13. Habent peccatores istius Veritatis cel-  
mentissimæ obsidem ipsiusmet Dei sententiam  
*Ezech. 33. 22.* ait enim: *Impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua.* Impi-  
tas autem hæc est: Deum, & ejus Voluntatem  
dignitatemque contemnere, & transgredi: Con-  
verti verò ab impietate, est læsionem, & indi-  
gnam tractationem Voluntatis divinæ, delere, de-  
flere, retractare: & dignis deinceps modis habere,  
re, amare, venerari, revereri.

14. Si quid ergo circa Deum congruè, & i-  
bonitate sentire, sapere, & agere volumus: hoc  
præ omnibus procuremus: ut Deum, ejusque  
dignitatem, ardentissimâ, & super, superque  
summâ appretiatione æstimemus, ac simul pro-  
fundissimâ, intimissimâ, summè summâ reveren-  
tiâ, atque submissione, in omnibus vitæ, actio-  
numque momentis, revereamur, & prosequamur  
omniaque & digna, & dignè Domino Deo nostro  
& cogitemus, & amemus, & loquamur, & ope-  
remur.

### P R A X I S.

**D**EUS, cujus celsitudo Dignitatis omnem excedit  
eminentiam, quam tu solus & condignè possides  
& amas, & honoras, eandemque à nobis condignè  
simè tractari, & jubes, & gaudes, & retribuis: *hinc*  
Ego

Ego me totum devoveo: eamque tam meo, quam omnium Creaturarum nomine, in omni momento Vitæ, existentiaque meæ, cordialiter, profundissimè, atque prout ex gratiâ potero abyssalissimè colere, amare, revereri, desidero, & simul æternali firmitate statuo.

Tu Domine propter Amorem tuum tuæ Dignitatis: imbue & adimple me reverentia illius tibi debita, mihi possibili, tibi placita, mihi desiderabili. Nolo Domine, ullum, etiam momentaneum actum alicujus irreverentiæ tuæ, in me unquam reperiri: volo autem, & desidero, atque statuo, in omni etiam instanti vitæ meæ, Reverentiâ dignâ Te colere, & venerari: Volo etiam omni possibili mihi gratiosissimo tibi modo, Reverentiam, Cultum, Amorem, pretiumque Dignitatis tuæ, semper, & ubique, & in omnibus Creaturis plantare, propagare, confirmare, zelare, ad gustum Voluntatis tuæ, ad exaltationem immensissimæ, & inestimabilissimæ Dignitatis ac Majestatis tuæ.

### EXERCITIUM IV.

#### De Reverentiâ Dei propter ejus Sanctitatem.

1. **S**Tatue te coram Deo, immensæ, incomprehensæque Sanctitatis, atque puritatis: coram quo, tam omnia, quam te, decet, seu necesse est, sanctum esse, sanctè agere, omnique puritate nitere, ac demum reverentissimè in omni tuo & motu, & actu, & affectu erga illum te habere.

2. Sanctis enim non tantum personis, sed etiam rebus debetur propriè reverentia: adeo ut Deus præceperit de vasis suo cultui servientibus. *Lavamini, Mundi estote, qui fertis vasa Domini.* Unde hoc magis incomparabiliter inesse debet omni-

G: D...  
 S...  
 oper: ...  
 Tom I  
 N: V  
 57

omnibus cum DEO, Sanctorum Sanctissimo & impu-  
tractantibus, atque versantibus. Nemo autem inquinatus  
non tractat, nemo non versatur cum ipso (etiam & qui ta-  
nesciens, aut nolens) cum omnia sint ejus sicutem ad  
Deitate, ita & Sanctitate plenissima.

3. Sanctitas est ipsa Charitas. Charitas autem ad jungi-  
tem est affectio Sancta. Affectio verò sancta que sancta  
nulla esse potest, nisi adhæreat quàm maximè ad Charitas  
quod est Sanctissimum: scilicet Deo, ejusque 6. It  
legi ac Rationi æternæ: quæ adhæsiō ad Deum etiam e  
ejusque Voluntatem, seu æternam legem, per Charitat  
mamque rationem, cum maximè in Deo re- & purus  
deat, imò ipsemet identice Deus sit; Deus enim original  
seipsum sicuti summè novit solus, sic etiam sum- hæret:  
mè se amat solus: cohæretque sibi, semper, hanc sp  
per omnia solus. Propterea etiam ipse est San- ctus est.  
ctus, ipse Sanctorum Sanctus, ipse immensa San- 7. I  
ctitas est. sancti, n

4. Ille est fons Sanctitatis & origo, ipse Re- in munc  
gula, & Norma. Ipse dator, & auctor, & im- concup  
for sanctitatis: ipse idem finis omnis Sanctitati hæc est  
& sanctæ operationis: Nihil enim est Sanctitas amator  
nisi quod illum respicit, quod ad illum ducta Sanctita  
quod illi inhæret amore, subjectione, religione vitis &  
æstimatione, similitudine, puritate. cifixus e

5. In quo, quantò aliqua mens Creata pro- lucra ar  
rior, & Charitate adjunctior Deo, ejusque San- ri nisi in  
ctitati similior est; tantò & Sanctior est: quantò Christu  
autem quæpiam Anima ab eo disjunctior est, mitis sur  
tantò & sanctitatis minùs, impuritatibus plus habe 8. It  
Nihil enim est purius Deo: proinde ad jungi illi stantian  
purificari est: recedere autem & abesse ab illo esse, co  
est à puritate abesse: & in impuris versari, volu- Itaretra  
tarique. Quantò autem quæ inferiora, tantò to carn  
& im

Etissimo & impuriora sunt, ideò in inferioribus hæere  
no autem inquinari est: lutum tangere, luto est maculari:  
so (etiam) & qui tangit picem, maculatur ab eâ: & ad Car-  
ejus sicut affici, carnalis impuritas est. Ad superna  
autem, ad sublimia, ad divina affici, adhære,  
aritas adiungi; est trahere, & imbibere puritatem, at-  
quò sanctitatem: quoniam puritas, & sanctitas,  
axime Charitas quoque & Deus est.

6. Itaque quisquis Sanctus esse vult, purus  
etiam esse velit: quisquis purus esse vult, ardeat  
Charitate Dei: ardens Charitate Dei, necessariò  
& purus, & sanctus efficitur; quia fontali, &  
originali, & immensæ puritati, sanctitatisque co-  
hæret: & conjungitur. Et omnis qui habet  
hanc spem in eo, sanctificet se, sicut & ille san-  
ctus est.

7. Propter hoc, amatores hujus mundi, nec  
sancti, nec puri esse possunt: quoniam quidquid  
in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut  
concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, &  
hæc est universitas impuritatis. Contrà verò,  
amatores Dei, & Charitatis, atque Puritatis &  
Sanctitatis ejus, carnem suam crucifigunt cum  
vitiis & concupiscentiis ejus, mundus eis cru-  
cifixus est, & ipsi mundo: omnia hujus mundi  
lucra arbitrantur ut stercora: & nesciunt gloria-  
ri nisi in Cruce & Humilitate Christi: sic enim  
Christus eos edocet, dicens: *Discite à me, quia* *Matt. 11. 29.*  
*mitis sum, & humilis Corde.*

8. Ita ergo Deus noster Sanctus, & ipsa sub-  
stantialis Sanctitas est: & nos quoque Sanctos  
esse, coram se, à suâ sanctitate vult, quin & facit.  
Ita retrahit & extrahit nos ab omni inquinamen-  
to carnis, & mundi, & spiritûs omnis nequam.  
Ita

G: D...  
Sicut  
oper: ...  
Tom II  
N: V  
5

Ps. 64. 5.

Ita totum Mundum istum visibilem, multo magis illum invisibilem, replet Sanctitate, ita ut quod olim de uno templo Dei, hoc semper de isto Universo creato dici potuerit, & potest semper; *Sanctum est templum tuum Domine, mirabile in equitate*: ut propter hoc, in omni loco, anguloque Mundi sic deceat, sic inquam debeant homines conversari, atque se, coram, & cum Deo, ubique præsente suâ sanctitate gerere, sicut in augustissimo quopiam templo.

9. Cum verò Anima cujuslibet hominis specialissimum sit Divinitatis, divinæque Sanctitatis templum: imagine Sanctissimæ Trinitatis exornatum, Sanguine autem Jesu Christi purificatum, & in majorem, quàm est hujus mundi; amplitudinem, capacitatemque, Spiritu efformatum: augustiusque factum, divino amori, cultui, venerationi, laudi, consecratum: viderit quælibet Anima, tanto honoratior à Deo suo dignata, quanto vicissim illa honoratior & amore, & reverentiâ Deum inhabitatorum suum ad eò Sanctum, colere, & prosequi, & adorare altare debeat?

10. Deus certè, sicut ipse Originalis, purissimæque Sanctitas est in se, & ex se, ita etiam in omnibus, qui ad eam accedunt, (omnes autem accedunt) summâ puritate nitere, summâ sanctitate fulgere, summâ Charitate sibi adnecti: summâ cum reverentiâ coram se, & secum versari desiderat, jubet, atque gaudet. Quoniam Sanctitas, & Magnificentia, Puritas, & Reverentia, Opus ejus.

P R A X I S.

DEUS, qui Sanctitatis omnis Dominus, & auctor  
& fons, & regula, & finis es, cui nihil placet  
non sanctum, nihil displicet Sanctum: & qui ad San-  
ctitatem, sanctificationemque nostram, Unigenitum  
Filiū tuum, tuam scilicet Substantialem Sanctita-  
tem, Humanitati nostræ Hypostaticè adglutinasti, in  
eodemque nobis omnem Sanctitatis fontem peren-  
niter constituisti; Huic ego tua inestimabili Sancti-  
tudini, eternam laudem, & dilectionem, & adhesio-  
nem, & venerationem, & reverentiam, pro me, &  
pro omni simul Creaturâ exhibeo: & exhiberi eter-  
naliter volo, atque propono. Volo Domine, ut  
omne momentum vitæ meæ, omnis motus substantiæ  
meæ, aliud sit nihil, aliud spiret nihil, aliud sonet nihil:  
nisi Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth:  
plena est omnis terra gloriâ tuâ. Tu Domine quâ  
nos Sanctos esse vis: sicut & ipse Sanctus es, San-  
ctum in me opus omne inspira, ut cogitem: compelle  
ut faciam: suade ut diligam te: confirma me, ut  
teneam te: custodi me, ne perdam te. Duc me, ut  
perveniam ad te: damnhite, ut possideam te, & in  
eternum perfruar te.

EXERCITIUM V.

De Reverentia Dei, propter ejus Omnipotentiam, & Dominium.

1. Statue te coram Deo, immensæ, omnipo-  
tentisque Potentiæ, atque Domini: cu-  
jus Voluntati, & potestati nemo potest resistere:  
cui subest cum voluerit omnia posse: & qui Domi-  
nus Univerforum est: & cui non tantum ratio-  
nalia, sed irrationalia etiam & inanimata: nec

Sap. 12. 18.

V.P. Druzb. Op. V.

I

ista

S: Druzb.  
Op. V.  
Tom II  
N. V  
5



ista solum, sed etiam possibile obediunt: & incipere  
 nique ipsum Nihil subicitur: & juxta Volun-  
 tem ejus prodit ad Esse: & tamdiu durat, quæ  
 diu ipse vult, & volendo facit illud esse.

2. Quomodo ergo & te, ô Homo: non omnia, &  
 portet totum esse factum, totum fingi, totum  
 subjici paratum, ad eandem Potentiam, Dom-  
 nationemque Dei?

3. Grande, ac planè intolerandum absurdum  
 est, ut Nihil, & quod penitus non est, Dei pot-  
 subfit potestati: & fiat hoc quod Deus illud  
 jubet: Homo autem, ratione, & libertate præ-  
 tus, & à Deo factus, dependensque totus, sicut  
 tamen subfit, nec subesse velit ejusdem Potestati  
 Voluntati que totus.

4. Quàm Deus potens sit, ipsum Omniaque ulla  
 tentiæ nomen indicat. Qui enim, omnia dicit  
 nihil excludit. Ergo DEUS omnia potest, in  
 non est apud illum impossibile omne verbum. tum  
 omnia potest, etiam ex nihilo. Omnia potest, in  
 lus, & absque auxiliatore. Omnia potest, in  
 ullo labore, solo nutu, & voluntate, in  
 Omnia potest, absque ullâ morâ temporis, in  
 quocumque instanti. Omnia potest, in  
 tum semel, sed quoties, & quanto numero, in

5. Itaque potest, tales Mundos, infinitos, in  
 mero facere: potest etiam alios perfectiores  
 isto, infinitè infinitos creare: potest infinitos  
 Angelos, Angelorumque ordines, perfectiores  
 & perfectiores aliis alios producere: potest  
 finita Regna, Imperia, Urbes, Arces, infinitas  
 Auri, argenti, gemmarum, omniumque  
 thesauros multiplicare. Potest (uno verbo)  
 omnia possibile: quæ Homines, aut Angelorum

*Luc. 1. 37.*

unt: & incipere possunt, vel non possunt: coram  
ra Volu ei tamen Sapiencia esse illa non repugnat, &  
rat, que ideaque illorum, in Mente Dei residet.

6. Potest etiam omnia Deus hoc modo: quia  
omnia, etiamque possibilia sunt, ipsam hanc  
possibilitatem suam, a Dei potentia accipiunt.  
omnia enim ex se nihil sunt & ad summum fo-  
m non repugnantiam ad essendum productio-  
n absur de divina habent: sed quod verè possibilia sunt,  
Dei ta DEI potentia tanquam radicali causa habent.

7. Potest etiam omnia Deus hoc modo: quia  
potest omnia in Esse conservare: & sine hoc  
tate potius posse, nihil, ne quidem ad momentum du-  
totus, are potest: & omnia quocumque assignato mo-  
m Potent mento, in nihilum primævum redigere potest:  
n Omni neque ullam remoram habere ab ullâ re potest.

8. Hæc Omnipotentia Dei, facit Deum Do-  
omnia d. minum omnium; Dominum summum, Domi-  
potest. num absolutum, Dominum solum, Dominum  
rbum. um eternum, Dominum omnium locorum, tem-  
a potest. porum, sæculorum, personarum, rerum, ju-  
potest. rum, legum; potestatum; proprietatum:  
untate um, legum; potestatum; proprietatum:  
mporis omium ad Esse, & ad non esse: Domi-  
t, non um Vitæ & Mortis. Dominum reatus & meriti.  
umero omium supplicii & præmii: Dominum Indul-  
nfinitos ntia & Vindictæ: Dominum omnis usus, omni-  
perfectio rerum, ad quodcunque illi placet.

9. Inde armat omnem Creaturam contra in-  
est infir perfectos, imperat ventis, & mari, & obediunt  
perfectio atos, imperat ventis, & mari, & obediunt  
potest. arnavit bonos Angelos contra Apostatas: in-  
es, infir exit aquas immensi maris super eos, qui in dilu-  
nque o. perierunt: pluit sulphur & ignem super Pen-  
no ver. no: quadraginta annis pluit Manna, cibum  
aut Angelorum hominibus. Immanibus plagis con-

G: D...  
Sicut  
oper: aut  
Tom II  
Nov  
5



trivit Ægyptum. Virgæ Moysis dedit vim  
faciendi prodigia in Mari rubro, producendo  
vivos de petrâ: tubis sacerdotalibus, & voce  
puli evertit muros Jerichuntinos. Nihil  
omnia (sunt enim innumera) ineffabilia  
potentiæ atque Dominationis Divinæ

10. At ex his perparcè perstrictis, agnoscere  
debet omnis rationalis Creatura, & in  
Homo, qualiter de Deo Domino suo  
qualiter illi affici debeat. Tanta Dei Dominatione  
atque Omnipotentia, facit hominem; Deum  
solutum & omnis conditionis servum,  
tumque: facit & jubet timere Deum Domini-  
sum valde: facit in solius Dei adjutorio habere  
confidenter: facit honorare, adorare, au-  
vereri Deum Dominum suum valde valde  
humiliari sub potenti manu Dei.

11. Facit denique, & jubet confiteri  
*Esth. 13. 9.* no: *Domine, Rex, Omnipotens: in tuâ ditione  
ita sunt posita: Non est qui possit resistere  
tue, si decreveris salvare Israel. Tu fecisti  
terram, & quidquid cali ambitu continetur  
minus omnium Tu es.*

12. Audite hæc Homines: audite sermo-  
istos Domini Dei vestri. Ecce enim timor  
um docet vos: Dominus vester, & Sanctus  
*Jer. 5. 22.* Vos ergo non timebitis me, qui posui arena  
minos maris? ita ut nec arena tam mollis,  
gua, cedat tam vastæ moli ingruentis maris  
tam furens æstus aquarum maris, audeat  
pulvisculos transilire minutissimos, à Dei potestate  
sibi objectos.

13. Et tu homo audebis stare, & contra  
judicio cum Deo? Homo, vide quæso, quis

dit vni respondeas Deo? vide quis tu es, qui in judi-  
ducendo contendas cum Deo? vide quis tu es, qui cum  
& vocem possis respondere Deo unum pro mille, præ-  
Nihil amas te responsurum mille, pro uno.

14. Vilis vermicule: putide homuncio, ca-  
nae mortue: audi: & totis membris, potentiis-  
s, agnosce edisce vocem Domini tui docentis, ac dicen-  
& in s. Dico vobis amicis meis: ne terreamini ab his, *Luc. 12. 5.*  
suo qui occidunt corpus; & post hæc, non amplius habent  
ei Dom. vid faciant. Ostendam vobis quem timeatis: time-  
m; De eum, qui postquam occiderit: potestatem habet mit-  
vum, tere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete.

15. Qui legit intelligat: & qui habet aures au-  
orio ha. diendi audiat. Coram adeò magno, coram adeò  
e, au. absoluto, coram adeò omnipotente, coram tam  
valde. immensæ Potestatis Domino; audet vilis vermi-  
nferi. culus, fada ranuncula, canis mortuus, abjectissi-  
d dition. nus homuncio, sese jactare, atque ostentare su-  
tere vo. perbe, iniquè, propudiosè, stultè, irreverenter, ir-  
fecit. eligiosè, blasphemè? Neque timet conspectum,  
tinetur. neque veretur auditum, neque honorat præsen-  
ite fer. am, nec reveretur Majestatem Domini omnipo-  
a timor. tentis? Si ego, (ait hic Dominus) Si ego Pater, ubi *Malac. 1. 6.*  
Sanctus. honor meus? & si ego Dominus, ubi est timor meus?  
i are. iterum ait: Vos ergo non timebitis me: qui posui *Jer. 5. 22.*  
ollis, enam terminos maris? tam furiosæ & immanis  
is maris. titatis Elementum, mollissimâ arena circumde-  
audeat. & coërcui: & edixi illi, hucusque procedes: & *Job. 38. 11.*  
Dei po. ne confringes tumentes fluctus tuos: Homulus au-  
& cont. tem vanitate & fragilitate quavis fragilior & va-  
eso, qui. lus magis: audet crepare & obstrepere Volun-  
tibus, & Mandatis Domini: aut faciem non re-  
reri Omnipotentis?

G: D...  
Sicut  
oper: uat  
Tom II  
N: V  
5

16. Et miramur manum furoris ejus à non averti; à cujus Vultu nunquam auferuntur iniquitates nostræ? Timete Dominum homines mortales, fragiles, levi flatu dissipandi: & dabit illi honorem: quoniam Deus, magnus Dominus & Omnipotens Nomen illi: à facie ejus turbatur abyssi, respicit terram, & facit eam tremere: tangit montes & fumigant.

Pf. 103. 32.

P R A X I S.

**D**ominipotens, tremende, adorande, eterne, Domine universorum, Domine Dominator, & summus, & insuperabilis dominationis atque iestaris. Sub te curvantur qui portant orbem: universa debent timorem, & servitutem: tum facta sentiunt Voluntatem & potestatem; etiam animata, sed tamen subjecta sunt: te adorant & reverentur omnia: quia factor omnium es. Sola Creatura rationalis, cui maxime competit te agnoscere, & tibi libenter, gaudenterque servire: & ecce à seculo confregit jugum, rupit vincula, dixit, non serviam: denique, non novi Dominum. Non est Deus. Pro! insaniam! quam ipsi lapideant & rident: & eam tamen ructant ii etiam, qui se confitentur se nosse Deum, factis autem negant. O Domine, tu es DEUS noster: O DEUS, tu es Dominus noster: te confitetur, te amat, te adoratur, te exultat, te timet, tibi curvatur & tangitur tota substantia mea, tam pro ipsa se, quam pro universa Creatura tua. Tibi Domino: tibi Regum, & principum, immortalis, invisibilis, omnipotentis, soli Deo, honor, & gloria, à me, toto me: & à Creatura tua: in secula seculorum.

# EXERCITIUM VI.

De Reverentiâ Dei, quia Sapiens, Rex,  
Pater, Judex.

Statue te coram Deo Sapiente, Sapientissimo, Sapientiâ primâ, omnisciâ, summâ, quam nihil latet, quæ scrutatur etiam profunda Dei, quæ considerat, & conspicit omnes vias hominum, & cordium ipsorum in absconditas partes.

2. Inter primas Sapientiæ consummatæ doctorum, est hæc: ut cui illa inest, eum faciat omnibus venerandum, admirabilem & honorandum: quomodo omnis terra cupiebat videre vultum Salomonis, & audire Sapientiâ ejus: & cum hoc fructu potita fuisset Regina Saba, non remanebat in eâ ultra spiritus. *3. Reg. 10. 24.*

3. Et quid est Sapiencia Salomonis, aut omnium hominum, aut etiam omnium Angelorum, ad Sapienciam Dei, cujus Sapienciæ non est numerus? Quod est pulvisculus unus ad molem terræ: quod umbra ad lucem solis, quod acies talpæ ad universum Mundi lumen.

4. Ecce (ait Sapiens) *calum & cali calorum, Eccl. 16. 18.*  
*abyssus, & universa terra, & quæ in eis sunt: in conspectu Dei commovebuntur, montes simul, & colles, & fundamenta terræ, cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur.* Domino enim DEO antequam crearentur, omnia sunt cognita: sic & post perfectum respicit omnia.

5. Si respicit omnia, & respicit penitissimè, & respicit Oculus ille tam magnus, quàm magnus est Deus; & respicit tam intimè, quàm intimè

S: D...  
Sicut  
oper: 444  
Tom II  
N: V  
5...

ac infinite penetrante acumine mentis Divinatione  
 & respicit omni loco, omni tempore, omni quam ce  
 cumstantiâ, omni latitudine: quam reverentia Creatur  
 ergo nos cum eo, & coram eo, versari semper ut nullu  
 oportet: quàm cautas, quàm sanctas, quàm & Regis  
 ras, quàm recte constitutas, quàm per omnia 8. E  
 Deo dignas esse decet, coram ipso nostras, ster est.  
 omnes, & singulas actiones, commotiones, inter sum  
 tiones, affectiones, intus, & extrâ, qui est fe dans no  
 rans, investigans, dilucidè contemplan s duratio  
 & renes: sine ullâ dubietate, sine perplexa disciplin  
 sed cum plenâ, atque plenissima Veritate. corpori  
 tudinem

6. Jam verò Deus est Rex, & omnium  
 testates, atque jura regnorum habens, omne  
 que Principatum tenens, tam factorum, quæ univ  
 possibilem: tam visibilium, quàm invisibilium totius c  
 tam præsentium, quàm futurorum, tam mater tas, & o  
 lium & corruptibilium, quàm immaterialium & que  
 incorruptibilium; tam quæ sub cælo, quàm filios fil  
 super cælos sunt; tam rationalium & liberorabili vi  
 quàm brutorum, & sensûs expertium, tam in Virgâ  
 raliū, quàm supernaturalium. Rex Regum damus  
 Rex sæculorum, Rex omnium finium univer est: om  
 sive

7. In ejus Regis Regno, potestate, servit  
 obsequio esse, vivere, morari, agere, ab eo c  
 spici, & gubernari, ab eo dependere in om  
 momento, Nonne opus est talem, hoc est  
 mnem, & maximè rationalem Creaturam, que sue  
 agere, & stare, & morari, ut dignum, & acquævis  
 est, tanto rege, tantique Principis Majestate, pascat:  
 toritate, potentiâ, reverentiâ. Exemplum at: qua  
 Seraphini coram Deo, sic stantes ut volare dere ju  
 sic volantes ut starent: sic ante conspectum, per Just  
 & faciem & pedes velarent: à laude, & pro suum or  
 matu

is Divinitate affiduâ, Sanctus, Sanctus, Sanctus, nunquam cessarent. Sic decet omnem Rationalem Creaturam adstare semper Deo, & Regi suo: ut nullus motus ejus sit, nisi qui Dei Sanctitatem, & Regis Majestatem, spiret.

8. Ecce autem Deus noster. Pater etiam noster est. Pater (inquam) nostrum omnium. Pater summus. Pater piissimus. Pater per omnia, dans nobis esse, vivere, motum, inspirationem, durationem, sensum, intellectum, & voluntatem, disciplinam, & scientiam, legem quoque vitæ; corpori animam, Animæ gratiam, Gratia beatitudinem æternam.

9. Ille est Pater noster, Pater spirituum, & univ[er]sæ carnis. Pater Misericordiarum, & Deus totius consolationis. Pater ex quo omnis paternitas, & quæ in calo, & quæ in terrâ, & quæ in ipso, & quæ in nobis est. Pater noster, faciens nos filios sibi fratres autem nobis: uniens nos admirabili vinculo pacis in idipsum, castigans etiam in Virgâ filiorum errores nostros, ut non excidamus ab ejus hæreditate: Denique Pater noster est: omne Patris officium gerens, & complens circa nos: nec in ullo deficiens usque ad novissimum momentum æternæ salutis nostræ: omnem providentiam suam servans super nos, ita manifestam; ut neque passer culum sinat absque suo nutu cadere in terram: ut etiam minuta quævis terræ, aquarum, aëris, animalcula ipse pascat: ut etiam quodlibet fœnum agri ipse vestiat: quamlibet pluvia & roris guttam ipse descendere jubeat super terram. Denique ipse pluit super Justos, pariter & super injustos, facitque Solem suum oriri super bonos, & malos.

Eph. 3. 15.

Mat. 10.

Mat. 5. 45.

I 5

10. Ille

G: 3117  
Bibi  
oper: 4117  
Tom II  
N: V  
517



10. Iste ergo Pater noster, verè Pater, & Deus; dicit omni Creaturæ: Si ego Pater: ubi est Amor meus? ubi est Honor meus? ubi est Timor meus? ubi est reverentia, obsequium, cultus meus? Itane? *filios enutrivit, & exaltavit, illi autem spreverunt me, ablegarunt me, & calcaverunt mandata mea, dixerunt lapidi, & auro, & sanguini, ventri & gulæ, voluntati ac demoni: tu pater noster es?*

Is, 1. 2.

11. Heu! ita est: quotidie hoc faciunt homines. Non agnoscunt Patrem, qui fecit eos, qui pascit eos, qui servat, & extollit eos, qui com- pit, & ad se attrahit eos, sed abeunt magis post desideria sua, unusquisque in viam cordis sui pravi.

12. Et quousque sic, gravi corde filii hominum? Tandem ergo filii amate Patrem: honorete eum qui fecit nos: date gloriam & reverentiam ei: qui vos & genuit, & omnes pietates ac voluntates misericordiasque suas, mirificavit in vobis.

13. Præter hæc omnia, est etiam Deus noster Judex. *Judex justus, & rectus. Judex justitias judicans. Judex finium terræ. Judex excelsus judicans: Judex fortis, & patiens, & loquax. Judex justum & impium, pusillum & magnam pauperem & divitem, humilem & superbum judicans. Judex non in muneribus, neque in acceptione personarum, neque in timore ullius judicans: sed omnes vitæ ejus Æquitas: & in universâ terrâ judicia ejus.*

14. Est autem Domino Deo nostro Judicium triplex. Unum Universale in fine mundi: *quod statuit diem in quo judicaturus est orbem*

quitate. Alterum Particulare in fine Vitæ cujusque nostrum: in quo reposcet ab unoquoque rationem omnium quæcunque gessit, etiam de omni verbo otioso: tunc *uniuscujusque opus ignis* probabit in probationem auri, vel in combustionem stipulæ. Tertium est: Judicium Dei quotidianum, & potius perpetuum: quod Deus cum uniuscujusque corde, conscientiaque exercet: scrutans, & arguens illum, & ponens faciem illius coram se semper: vigilans assiduò ad laudem, & benedictionem, retributionemque boni operis, ad reprehensionem verò, & pœnam mali.

1. Cor. 3. 13.

15. In omnibus his, Judici Deo nostro, debemus nos viles homines, timorem, & honorem, & gloriam, & reverentiam: at maxime assiduam oportet nos dare eam illi, secundum postremum judicium ejus: quo assiduè vigilat super nos: gressus nostros dinumerans, & cogitatus attendens, atque discernens.

16. Istud judicium Dei, & ita judicem, judicantemque Deum, si quis non agnoscit: cæcus; si quis non reveretur; lapis: si quis non audit, aut non timet; effrons, & durus corde, ac insensatus est.

### P R A X I S.

**D**EUS, *cujus Sapientiæ infinitus est thesaurus, qui Rex Regum, jura omnium Regnorum in manu tuâ tenes: Es etiam Universæ Creaturæ Pater: ac demum Judex omnium, non tantum personarum, sed etiam actionum, cogitationumque inspector, discretor, remuneratorque justus. Te tota substantia mea, talem agnoscit: Et confitetur, Et veneratur, Et reveretur. Quis enim tuam Sapientiam non admiretur?*

G: 3007  
Bibi  
oper: 1111  
Tom II  
N: V  
511

retur? quis non magnificet Regnum tuum; & te Regem suum? quis Te Patrem non amet? non honoret? Quis judicem te non vereatur, non veneretur? Quis ad Majestatem tuam omnem, timore, tremore, & reverentia non concutiatur? *ô Domine! ô DEUS!* Te omnis Amor, tibi omnis gloria, tibi omnis subjectio, tibi omnis benedictio, tibi omnis timor, & reverentia à me, & ab omni me, cum tuâ Creaturâ, per secula, & in secula omnia.

## EXERCITIUM VII.

*De Reverentia DEI propter Hominis vilitatem, Virtutisque præstantiam.*

1. **S**tatue te coram Deo Deorum, coram Domino Dominorum, coram Rege Regum, coram summo Patre, coram supremo Judice.
2. Et statue Nihilum, te de Nihilo factum, & creatum, te servum & mancipium & jumentum creatoris: te vermem terræ vilissimum: te omnia mala in præceptis ruentem: te abjectionis ipsâ abjectiorem: te stultissimum virorum: te damnationis æternæ reum: te Deo rebellem: te nequam & prodigum filium: te servum pigrum & malum: te operarium iniquitatis: te sponfam adulteram: te inferni pabulum: te cubile dæmoniorum: te peccatorum sentinam: te odium Dei.
3. Statue te coram Deo, immensæ Majestatis & Gloriæ Domino. Coram Sapientissimo, Omnipotentissimo, Immortali, Æterno, Altissimo. Statue te in Essentiâ & Entitate tuâ, quia de nihilo, ideò vilissimum, in corpore fragilem, fædum, miserum.

serum, ex luto & fæce compactum, in Anima corpori adstrictum ac immersum : ejusque servum, in Intellectu cæcum, dubium, erroneum, stultum, in memoria fluxum, labilem, obliuiosum. In Voluntate malignum, perversum, ad bona tardum, ad mala præcipitem, & in eis obstinatum. In concupiscentiâ absurdum, effrenem, spurcum, ipsi tibi, & omni recto, honestoque repugnantem.

4. Statue te coram Deo, Sancto Sanctorum, Sanctissimo, Sanctitatis atque Puritatis Oceano. Cujus oculi, infinitè sunt mundiores super Solem, & super omnem Lucem : qui omnem averfatur iniquitatem, & ad malitiam respicere non potest. Cujus voluntas, justitia est, lex est, vita, & veritas est. In domo ejus gloria, & beatitudinis divitiæ: Dignitas & Magnificentia, & Sanctimonia in conspectu ejus.

5. Coram hoc Deo statue te, meram, & puram, & inexhaustam, & immedicabilem impuritatem, indignitatem, utilitatem, inutilitatem, infirmitatem, ægrotudinem, malitiam, malignitatem, ingratitude, odibilitatem, temeritatem, stultitiam, defluxum perennem in perditionem æternam, non solum quia Nihil es, verum etiam quia quidquid à Deo es, nihilominus, ex Nihilo es.

6. Statue te coram Deo fonte omnis Bonitatis, Miserationis, Liberalitatis, Munificentia, Charitatis, Opirulationis, Auxilii, Refugii, Clementia, Indulgentia, Venia, Protectionis, Salutis, Redemptionis, Reconciliationis, Gratia, Medicina, Beatitudinis, Gloria ac Vita æternæ.

7. Et

9: 300  
Bibli  
oper: 111  
Tom II  
N: V  
5

7. Et statue te totum omni bono vacuum, omnique bonitatis indigum, & mendicum, Miserabilem, Nudum, Miserabilem, Perditum, Moribundum, Captivum, Debitorem, Reum, Inexcusabilem, à solâ, & purâ Dei Miseratione, Charitate, atque Gratiâ, viam, & spem, & modum salutis habentem: de cætero juxta nullam compositionis rationem, nisi juxta vilificationem, & despectionem, subjectionemque Deo componendum: ut Creatura Creatori: ut vile mancipium, Domino: ut extrema subjectionis portio Deo: ut jumentum Possessori: ut operarius Patrifamilias: ut ovicula Pastori: ut infirmus Medicorum: ut debitor Creditori: ut Mendicus divitiarum: ut reus Judici: ut malus Filius Patri: ut discipulus Magistro: ut figmentum figulo: ut sponsa nequam, constanter amanti Nobili Sponsi. denique ut per omnia inutilem, impari, ingratum, indignum, miserum, Charitate, & Miseratione, insuperabili invictoque Deo.

8. Hæc attende in Deo Domino: & hæc te postremorum postremo: & cum videas Deum te nullatenus egere, te illi per omnia indignum, inutilemque: Deum sine te esse: te sine Deo permanere non posse; ex te, Deo nihil bonæ frugis in te, bona omnia bona ex Dei manu dimanare indignum te, super quem oculos suos ponat Deus: te extra oculos Providentiæ Dei, nec ad momentum permanere posse. Tandem quâ te preterditum esse oporteat in Deum dilectione, pietate, submissione, obedientiâ, veneratione, reverentia, æstimatione, religione, devotione, gratitudine, servantiâ, timore, diligentia, cognosce: atque te ipsâ in his omnibus summus, & per omnia erga Deum

Deum dignus existas; toto virium tuarum conatu satage, atque perfice.

9. O homines, ô lutea vasa, ô ipsâ fragilitate fragiliores & vanitate vaniores, & vilitate viliores: & inutilitate inutiliores: discite: quàm dignè Deo agere, coram Deo, atque cum Deo vos oporteat? discite: quantâ corporis demissione, quantâ Animi reverentiâ, in conspectu, & præsentia Dei, (extra quam nunquam estis, nunquam esse potestis, cui etiam plus quàm ipsi vitæ vestræ debetis) vivere vos, morari, versari, operari, stare, necesse sit?

10. O Reverentia Dei! reverentia debita Deo! quàm inexcussâ, ineluctabilisque necessitatis es! ô quàm vix in aliquo usu vix Creaturis es! Vivimus, movemur, & sumus in Deo: moramur, agimus, cuncta coram, & cum præsentem, cooperante, & omnem nostrum motum movente Deo: & quotusquisque actus noster dignus, aut dignè Deo! Propudor! Loquitur Homo homini, vermis vermi, par pari, & circumspicit qui loquitur, & se, & cui loquitur: & attendit ad decorum suum, & alterius: & cavet, ne quid inurbanè, ne quid ruditer, ne quid suâ alteriusvè persona, indignè, ne quid incomptè, ne quid præpostere, aut indecens admittat. At verò agentibus nobis cum Deo, coram Deo, in Deo, propter Deum, præsentem, & iudicem Deo: nihil nobis curæ horum, quis agat: cum quo agat, coram quo agat, quomodo agat? Et quid est quæso indignum, seu Creatore seu Creaturâ; si ita inconsultè, inconditè, irreverentèque cum Creatore agere, indecens & indignum non est?

11. Unus defectus Reverentiæ debitæ à nobis Deo

G: D...  
B...  
per: ...  
Tom II  
N: V  
5...

Deo, in agendo cum Deo, & coram Deo, est omnium sterilitatum: quas filii Dei, filii Ecclesiae, & tota penè Ecclesia ordinariè perpetuo Deo. *Petitis, petitis, & non accipitis, quia male dicitur, indignè, irreverenter ) petitis.*

*Jac. 4,3.*

12. Nulla est religio religiosa, nulla pietas, nulla devota devotio, nulla glorificans gloria, nullus honor honorans, nullum opus bonum, num: nisi quod internâ, & externâ, intimâ & diali reverentiâ conditum peragitur, & exhibetur Deo.

13. Omnia quæ faciunt homines, quæ Deo faciunt, tamen ingrata Deo sunt, Angelis Sanctisque despecta: dæmonibus ridicula, angelibus ipsis infructuosa fiunt, quæcunque absque condignâ Reverentiâ Dei in agendo fiunt.

14. Reverentia Dei in agendo, collegium Virtutum & affectionum, Deo dignarum, desideratarumque à nobis est.

15. Absentia Reverentiæ Dei ab animo, in actione, est effectus, & signum, vel exulantis, languentis Fidei, Spei, Charitatis, Timoris, devotionis, Religionis, & penitus omnis ad Deum dignæ affectionis. Quidquid offertur absque dignâ reverentiâ offertur, non tantum non placet, non tantum non placat, verum etiam offendit.

16. Quid multa? ipsius cælestis beatitudinis atque Vitæ, Corona est, Reverentia Dei summa & summè Deo digna.

P R A X I S.

**D** Anobis Domine DEUS noster, intimam in cordibus nostris, perpetuamque Reverentiam

Ex. l. Deus amand. est, quia præ omnib. &c. 145  
ia Deus es, quia super omnia Dignus, Dominus,  
omnipotens, Sapiens, Rex, Pater, Judex: ut nos vi-  
simorum vilissimi: coram te, digne te, cum omni  
bita tibi reverentiâ, tam in hac, quàm in futurâ  
tâ, coram te, dante Te, stare valeamus, consuesca-  
mus, gaudeamus.



# EXERCITIORUM

## PARS V.

Erga Deum ex toto corde  
diligendum.

### EXERCITIUM I.

*Deus Amandus est, quia præ omnibus  
Amabilis est.*

Statue te coram Domino Deo tuo: eum-  
que tibi Mandantem audi: *Diliges Domi-  
um Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota mente  
& ex totâ Animâ tuâ, & ex totâ fortitudine*

*Deut. 6. 5.*

2. In hoc præcepto duo potissimum homini  
emonstrat Deus. Unum est, quantum sit Bo-  
um, quantumque pretium Amoris: summum  
mirum, & supra quod in suo genere, majus est  
allum. Nisi enim tale effret: non juberet Deus  
ud sibi impendi: & præfertim, cum tantâ inte-  
P.V. Druz. Op. V. K gritate

G: Druz  
Sicut  
oper: asat  
Tom II  
N. V  
507